

Marco Lamanna

*La nascita della psicologia nella scolastica moderna*

**3. Il ritorno al *De anima* in Germania: il caso di Philipp Melanchthon e la nascita dell'anatomia**

1. Non damnat Lutherus eam philosophiae partem, quae mathemata, quae gemmarum, plantarum & animantium naturas descripsit: Nam horum cognitionem fatetur ad sacra necessariam esse, soletque in loco uti, quoties res postulat [...]. Damnata autem, si ignoras, eam philosophiae partem, quae de rerum principijs, ventorum ac pluviarum caussis, prodigiosas nugas comminiscitur, adeoque quidquid id est, **quod Aristotele vocat physica ἀκρόαματα καὶ μετὰ τὰ φύσικα.**

PHILIPP MELANCHTHON, *Didymi Faventini adversus Thomam Placentinum, pro Martino Luthero theologo, oratio*, Basel 1521, f. C1<sup>r</sup>

2. Damno enim **μεταφυσικὰς θεωρίας**, quod periculi plenum arbitror, mysteria coelestia ad nostrae rationis methodos exigere.

PHILIPP MELANCHTHON, *Didymi Faventini*, f. C4<sup>r</sup> (s.n.)

3. Philosophi de animae immortalitate disputarunt quidem sed ita frigide, ut meras fabulas egisse videantur, potissimum vero Aristoteles sic de anima disputat, ut diligenter et callide caverit ubique, ne alicubi disseret de eius immortalitate, neque voluit exprimere, quid sentiret. Plato retulit potius audita quam suam sententiam. **Neque enim potest ulla ratione humana convinci eius immortalitatis**, quia res est extra solem credere animam esse immortalem. **In mundo non videtur nec intelligatur certo animas esse immortales.**

MARTIN LUTHER, *Adnotationes in Ecclesiam*, in D. MARTIN LUTHERS *Werke*, 20. Bd., Böhlau, Weimar 1898, p. 70, vv. 26-31

4. Quid est anima? Haec quaestio exercuit omnes eruditos omnium aetatum, & non modo dubitatur, quae res sit anima rationalis, sed etiam constitui non satis potest, quae sit natura animae in brutis. Itaque variae sunt disputationes doctorum, ut in re obscura. **Ac in caeteris philosophis laudo studium**, qui conati sunt monstrare, quae res sit anima.

PHILIPP MELANCHTHON, *Commentarius De Anima*, Seitz, Wittenberg 1540, p. 3

5. Anima rationalis est spiritus intelligens, qui est altera pars substantiae hominis, nec exstinguitur cum a corpore discessit, sed immortalis est. **Haec definitio non habet physicae rationes, sed sumpta est ex Sacris literis.** Nam in Genesi dicitur : inspiravit in facie eius spiraculum vita. Et in Evangelio: corpus possunt occidere, anima autem non possunt occidere.

PHILIPP MELANCHTHON, *Commentarius De Anima*, Wittenberg 1540, p. 19

6. Si animus oritur ab animo: aut existet e nulla materia, vi tantum omnipotentis verbi Dei: aut ex materia aliqua. / Si existit e nulla materia, vi duntaxat divina efficiente: Creatio est animi. / At creari animum negas, ergo existet e materia aliqua. / Si ex materia aliqua: aut ex semine suo seu proprio: aut ex semine corporis. Non ex semine suo: quia, cum animus sit immaterialis & simplex, semen proprium non habet. Ergo ex semine corporis, ut ipsum corpus.

RUDOLPH GÖCKEL, *Ψυχολογία. Hoc est de hominis perfectione*, Marburg 1590, p. 301

7. **Etsi igitur doctrina Anatomica in his libellis integra comprehendi non potest**, nec subito adolescentia, exilissimarum partium descriptionibus oneranda est, **tamen praecipuas partes, & quidem grandiores omnibus hominibus notas esse valde prodest.** Secutus sum autem scriptores optimos, Galenum, Vesalium, et Leonardum Fuschsium & adhibi amicos interdum Iacobum Milichium, & Peucerum generum meum.

PHILIPP MELANCHTHON, *Epistola dedicatoria*, in *Liber de Anima*, Wittenberg 1552, f. A5<sup>v</sup> (s.n.)

8. Et cum Deus tantum adhibuerit artis in fabricando humano corpore, voluit profecto tam mirum opus conspici, ut cogitaremus, tam artificiose fabricatas et distributas machinas nequaquam casu ortas esse sed esse mentem aeternam architectatricem.

PHILIPP MELANCHTHON, *Epistola nuncupatoria*, in *Commentarius De Anima*, Wittenberg 1540, f. aiii<sup>v</sup> (s.n.)

9. [...] **in hac doctrina, priusquam de potentiis dicemus, prodest aspicere corpus hominis, et diversa membra et organa quasi machinas considerare.** Ut enim conspecta mola seu bombarda et globo, ac pulvere tormentario, facilius ratiocinari causas possumus, ita in corpore nostro monstratis machinis, potentias facilius intelligere et indicare.

PHILIPP MELANCHTHON, *Liber de Anima*, Wittenberg 1552, p. 20

10. Quare & Cicero considerans & originem vocabuli; & Aristotelem consilium, vertit endelechiam continuatam motionem, id est, assiduam agitationem [...]. Anima est Endelechia corporis Physici, quod dicitur ad differentiam operum artificialium, quae non agitantur sua natura, ut machinae horariae moventur, sed non natura, verum libramentis arte factis.

PHILIPP MELANCHTHON, *Liber de Anima*, Wittenberg 1552, ff. B8<sup>r</sup> e C2<sup>r</sup>

11. Anthropologia est doctrina humanae naturae [...]. Humanae naturae seu hominis partes duae sunt. Spiritus humanus seu Anima logica, et corpus humanum. / Anthropologiae proinde partes duae sunt. Psychologia et Somatotomia. / Psychologiae est prior pars anthropologiae, quae docet naturam humani spiritus seu animae logicae per eiusdem facultates.

OTTO CASSMAN, *Psychologia antropologica, sive animae humanae doctrina*, 1594, pp. 1 e 21-22

12. Hic libellus est de Anima vel potius de Homine; homo autem corpore et anima duabus partibus essentialibus constat. [...] Sit itaque hic liber bipartio a nobis distributus pro hominis duabus partibus, in corporis scilicet cum suis membris quae animae sunt organa, et animam ipsam, quae corporis eiusque membrorum est gubernatrix.

RUDOLPH SNELLIUS, *In Philippi Melanchthonis De anima*, Frankfurt a.M. 1596, p. 4

13. Quemadmodum duae sunt partes hominis essentielles, Corpus & Anima: ita etiam Anthropologia, quae hominis naturam & essentiam scrutatur, duobus absolvitur tractantibus: quorum prior Corporis Qewri/an proponit, & Anatomikh\; posterior Animae humanae essentiam venatur, & yuxologikh\, dicta est.

JAKOB MARTINI, *Exercitationes nobiles de anima*, Wittenberg 1604, ex. I, f. A2<sup>r</sup>

14. Nel terzo anno si spiegherà il secondo libro del *Trattato sulla generazione*, i libri del *Trattato sull'anima* e la *Metafisica*. Nel primo libro del *Trattato sull'anima*, si scorra sommariamente le opinioni degli antichi filosofi. Nel secondo, dopo aver spiegato gli organi di senso, non si entri nelle questioni di anatomia e nelle altre che sono di pertinenza dei medici

*Ratio studiorum, Regulae professoris philosophiae*, 11, § 1 (trad. di A. Bianchi, Milano 2002, pp. 194-205, in part. pp. 200-201)

15. Hic infero, in his libris non agi praecipue de anima secundum se, sed de corpore animato [...]. Philosophus [...] ergo in praesenti non tam de anima secundum se, quam de toto composito animato disputat.

RODERIGO ARRIGA, *Cursus philosophicus*, Antwerp 1632, pp. 591-592

16. In questione ergo praesenti nihil potest certa ratione haberi, sed ex Aristotelis, & medicorum fide, ac praecipue ab experimento anatomiae supponenda sunt aliqua circa compositionem oculi

FRANCISCO SUÁREZ, *De anima*, Lyon 1635, p. 58

### ***Sulla psicologia e il corpo in Lutero e Melantone:***

S. KUSUKAWA, *The Transformation of Natural Philosophy. The Case of Philip Melanchthon*, Cambridge University Press, Cambridge 1995

S. SALATOWSKY, *De Anima. Die Rezeption der aristotelischen Psychologie im 16. und 17. Jahrhundert*, Grüner, Amsterdam-Philadelphia 2006

### ***Sul dibattito tra riformati e protestanti:***

M. LAMANNA, *On the Early History of Psychology*, in: *Revista Filosófica de Coimbra* 38 (2010), pp. 291-314

D. CELLAMARE, *Anatomy and the Body in Renaissance Protestant Psychology*, in *Early Science and Medicine* 19/4 (2014), pp. 341-364

### ***Sulla ricezione di questi temi nella filosofia moderna di matrice non scolastica:***

C. LEIJENHORST, *The Mechanisation of Aristotelianism. The Late Aristotelian Setting of Thomas Hobbes Natural Philosophy*, Brill, Leiden 2002

G. STIENING, *Verweltlichung der Anthropologie im 17. Jahrhundert? Von Casmann und Magirus zu Descartes und Hobbes*, in L. Danneberg (Hrsg.), *Säkularisierung in den Wissenschaften seit der Frühen Neuzeit*, Bd. 2, de Gruyter, Berlin 2002, pp. 174-218

### ***Sul rapporto tra psicologia e anatomia nella scolastica gesuita:***

M. EDWARDS, *Suárez in a Late Scholastic Context: Anatomy, Psychology, and Authority*, in B. Hill / L. Lagerlund (eds.), *The Philosophy of Francisco Suárez*, Oxford University Press 2012, pp. 25-37

M. EDWARDS, *Time, Duration and the Soul in Late Aristotelian Natural Philosophy and Psychology*, in P. Bakker / S. De Boer / C. Leijehorst (eds), *Psychology and the Other Disciplines*, Brill 2012, pp. 107-130